2770 ... 20790

Idem Chylinski Consorti suæ Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premysliens[ibus] Generosus Paulus Chylinski sanus mente et corpore existens a Foris Districtibus Juribus Jurisdictionibus[que] suis quibus[cunque]
413 ut propriis et competentibus recedendo Præsenti vero Castrens[i] Capitan[eali] Premysliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosam Catharinam Slawinska Generosi olim Jacobi Slawinski cum Generosa Anna de Paczerbow Consorte eius legitima procreatam filiam suæ vero Recognoscentis Consorti legitimæ eius[que] posteris Summam Quatuor Millium florenorum in Polonicalium ratione vero dotis et expeditionis post ipsam acceptæ et in domum suam importatæ nec non et aliam similem Summam Quatuor Millium florenorum Polonicalium ratione vero iuxta ex lege dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarum[que] quarumvis pecuniarum nec non auri argenti clenodiorum unionum margaretarum vestimentorum stanni aurichalci pecorum pecudum equorum equitiorum ac totius supellectilis domesticæ nunc habitæ et post habendæ dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit

prout dat donat dotalitat inscribit et reformat prae-
sentibus. Per ipsam Generosam Catherinam Hawrin
ska sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius
posteros eandem medietatem Bonorum suorum genera-
liter omnium cum universis ipsorum utilitatibus et usufructi-
bus competentiis et praerogativa quavis tenendi ha-
bendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruen-
di ac ad usus suos et eorum in Successione quavis be-
neplacitos libere et effectualiter convertendi vigore
ac more aliarum reformationum hactenus et nunc
in Regno Poloniae observari solitarum.

Golaski Mag[nifi]cum Krasicki Pocillatorem Praemysl[ien] Quietat et Statuet. 413

Comparens personaliter coram officio et Actis
praesentibus Castren[sibus] Capitan[eali]s Praemyslien[sibus] Gnosus
Albertus Golaski sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis qui-
a deinde praesentibus ... et competentibus recedendo praesenti-
bus ... Castren[sis] Capitan[ealis] Praemyslien[sis] Iurisdictioni quo ad
vero ... attinet se cum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae
Annae Krainska Consortis suae legitimae proinde
ratihabitione cavet et se praesentibus inscribit nomine